



SACROSANCTA  
 CONCILIA  
 ŒCUMENICA  
 COMMENTARIIS ILLUSTRATA  
 AD SANCTISSIMUM PATREM  
 BENEDICTUM XIV.  
 PONTIFICEM MAXIMUM  
 TOMUS III.

*Alias quatuor Synodos Œcumenicas comprehendens, nempe  
 nonam, decimam, undecimam, & duodecimam,  
 quæ sunt prima, secunda, tertia, & quarta  
 Lateranenses*

AUCTORE JOSEPHO CATALANO  
 ORATORI S. HIERONYMI CHARITATIS PRESBYTERO.



R O M Æ. MDCCXLVIII.

Ex Typographia Antonii de Rubcis apud Pantheon in via Seminarii Romani.

SUPERIORUM PERMISSU.



# BENEDICTO XIV. PONTIFICI MAXIMO

SALUTEM IN DOMINO, ET FELICITATEM PLURIMAM  
JOSEPHUS CATALANUS.



*Uamquam paulo serius , BEATIS-*  
*SIME PATER , do tamen demum ,*  
*quod alias non ita pridem SANCTITATI TUÆ pro-*  
*miseram , Editionem scilicet Commentariorum*  
*in reliquas Oecumenicas Synodos , quæ post Orien-*



# HISTORIA

## CONCILII IX. OECUMENICI LATERANENSIS I.



**I**mplicitis in duobus superioribus Tomis, Octo Oecumenicis Synodis, quæ ante annum Christi millesimum variis temporibus ad confodiendas hæreses, ac restituendam Græcæ præsertim Ecclesiæ disciplinam in Orientem

Summorum Romanorum Pontificum auctoritate celebratæ fuerunt: pervenimus tandem ad alias Oecumenicas Synodos, quæ in Occidente habitæ sunt ab ipsis Pontificibus Maximis ad hæreses æque, atque ad enormes abusus, & schismata convellenda, quæ Latinam Ecclesiam Seculo præsertim XI. & XII. ita ulcer vexabant. Depravati Clericorum mores, Monasticæ disciplinæ lapsus, Beneficiorum Ecclesiasticorum suntuatio; sacrilegæ Presbyterorum, atque aliorum sacrorum hominum cum concubinis copulæ, vel fœda conjugia; incassæ sanguineorum nuptiæ; Laicorum Principum, & Magnatum, ac Potentum in Ecclesiis dominatio, sive potius tyrannia; Ecclesiasticarum usurpatio facultatum, Oblationum, ac Decimarum; odia, pertinacissima, privata bella, eruenta spectacula, atrocissima incendia, Ecclesiarum profanatio, fuerorum hominum contentus, ac necesse turpis Investiturarum abusus; Romanæ Apostolicæ Sedis invasiones, atque in legitimos Romanos Pontifices persecutiones, vitia profecto erant, quæ his temporibus ubique inundabant.

II. Quam tristes, ac luctuosus fuerit Ecclesiæ status Seculo XI. tendit passim in Epistolis S. Gregorius VII. sed audiamus quæ scripsit Lib. I. Epistola XI. ad Sicardum Aquilejensem Archiepiscopum data anno MLXXIV. *Non ignorare credimus, inquit, prudentiæ tuam, quæ tantis*

*perturbationum fluctibus Ecclesiis sit usquequaque concussa, & pene desolationis suæ calamitatibus naufraga, & submersa sit facta. Restores animi, & Principes hujus mundi, singuli quærentes quæ sua sunt, non quæ Jesu Christi, omni reverentia consuecunt, quasi vilem ancillam opprimant, eamque confundere, dum cupiditates suas explere valeant, nullatenus pertimescunt. Pergit Sanctissimus Pontifex, & enormia Episcoporum vitia, ac mala ita exponit: Sacerdotibus autem, & qui regimen Ecclesiæ accepisse videntur, Legem Dei fere penitus postponentes, & officii sui debitum Deo, & commissis sibi oribus subtrahentes, per Ecclesiasticas Dignitates ad mundanam tantum nituntur gloriam, & quæ facili dispensatione multarum utilitatibus, & saluti proficere debuissent, ea aut negligunt, aut infelicitè in pompa superbiæ, & superfluis sumptibus consumunt. Jam non mirum videri debet, quod tandem de populo subicit in omne vitiorum genus immerso: Inter hæc populus nullo Prælatorum moderamine, nullisque mandatorum frenis in viam iustitiæ directus; imo corrus, qui profert, exevolsit, quæcumque vitia, & quæ Christianæ Religioni sunt contraria, edocuit, ad omnia pene, quæ nefaria sunt, proni, & studio corrumpentes, Christianam nomen, non dico, absque operum observantia, sed pene absque Fidei Religione perunt. Alias complures ejusdem argumenti Epistolas ab eodem Pontifice exartatas langum esset hoc loco describere.*

III. Turbidum Ecclesiæ statum ob desolationis ahominationem, quæ Seculo præsertim XI. in dies invalescebat per omnes Occidentis Provincias, causam ruinæ præbente pravo potissimum Episcoporum exemplo, enarrant passim ejus ævi Scriptores, inter quos Theodoricus Abbas S. Trudonis in calce Vitæ S. Bavonis, ubi excusans suam in rebus gestis S. Viri describendis impositionem, ac brevitatem, hæc præter cætera